NONNULLAE

DE

TICA CHOLERA
SERVATIONES.

DISSERTATIO

RALIS MEDICO - PRACTICA

QUAM

ONSENSU ET AUCTORITATE

SI MEDICORUM ORDINIS

IN

NIVERSITATE LITERARIA

ERICA GUILELMA

PRO SUMMIS

CINA ET CHIRURGIA HONORIBUS

RITE OBTINENDIS

. M. JANUARII A. MDCCCXXXII.

H. L. Q. S.

PALAM DEFENSURUS EST

AUCTOR

JULIUS ZEHDNIKER

CZARNICOVIENSIS.

OPPONENTIBUS:

NFELD, MED. ET CHIR. DR.

IFELD, MED. ET CHIR. CAND.

N, MED. ET CHIR. CAND.

BEROLINI,

TYPIS NIETACKIANIS.

FRATRI

OPTIMO DILECTISSIMO

NAE ZEHDNIKER

BIBLIOPOLAE VRATISLAVIENSI.

HASCE

STUDIORUM SUORUM PRIMITIAS

SACRAS ESSE VOLUIT

AUCT

PROOEMIUM.

llustranti molem et librorum et libellorum
holera Asiatica, cum per dominatum ejus
ia, tum post transitum in Europam, novis-
inprimis temporibus, dum sagittae instar
nas Borussicae reipublicae provincias per-
et, iterum hanc rem tractare, operae pre-
non esse videatur, quum tot clarissimi et
ientissimi viri ei tam largam lucem attule
Quare tiro primitias literarias ad hanc

rem convertens, lignum in silvam laturus v
retur, nisi, ut novi aliquid in medium profe
ei contigerit. Attamen accurata ratione hal
quomodo factum sit, ut tam multi in hoc mo
elaborando versati sint, hic perinde ac in
pathologiae et therapiae specialis partibus
habere facile invenies, in quibus, quo maj
exhibuerint difficultates, eo majus studium
majorem operam medicos collocavisse satis c
stat. Omissis aliis morbis, neuroses tant
commemorare liceat, quibus Cholera, prae
tim ultimum ejus stadium, haud dissimile
videtur. Nonne in horum morborum sat
plo ordine illustrando scriptores summam
dustriam adhibuisse invenimus, quin ad hod
num diem certam earum indolem cognosce
facultatem iisque medendi rationem assecuti

tantum abest, ut his difficultatibus a myste-
rtis nostrae perscrutandis deterreamur, ut
s cujusque medici sit, tenebris dissipatis,
occultas in lucem proferre. Itaque quum
hujus saevissimi morbi indolis cognoscen-
cupidissimo, a praefecto nobilissimo pro-
ae Angermünde nuperrime honorificum mu-
translatum sit, ut nonnullis pagis Cholera
issime tentatis succurrerem, aliqua mihi
est occasio, morbum a primis ejus prodro-
per totum decursum persequendi, causas
et rationem, qua in alios disseminaretur in-
gandi, et nonnullorum remediorum vim in
commendatorum observandi. Quae ex
ria experientia depromta pro viribus hisce
agellis expositurus, praefari liceat, me non
Cholera in universum, sed de ea, qualem

ipse vidi, scribere in animo habuisse. Hac causa auxiliis aliis literariis omnino non u ut, si quae notiora huc illuc occurrant, le benevolus indulgentiam mihi praebere velit, atque rogo.

Decursus et symptomatologia.

ecursus Cholerae duo nobis stadia ex-
et: stadium irritationis s. prodromorum
tadium spasticum.

I. Stadium irritationis s. prodromorum haec
tomata offert: Aegroti querelas agunt de lassi-
ne artuum, praesertim extremitatum inferiorum.
ricismi symptomata adsunt, praesertim nausea et
turitiones, quamvis ciborum appetitus haud raro
to non recedat. Ad quae accedunt angor circa
us, tormina, dolor trahens, a calce usque ad su-
dscendens. Vires sensim sensimque deficiunt;
or et frigus intrant; pulsus parvus, frequens, du-
ulus. Huic stadio, nunc per paucas horas, nunc
diem integrum, imo fere per hebdomadem du-
succedit:

II. Stadium spasticum. Quod hisce symptoma-
continetur: Oculi in orbitam infundibuliforme
cti, plerumque circulo caeruleo vel nigrescente
mdati sunt, algor partium corporis prominentium
sertim apicis nasi et extremitatum inferiorum a
ico observatur, quin aegrotus ullam de eo que-
n proferat; vomitus et diarrhoea, quibus materia

decoctae oryzae haud dispar excernitur, nunc eod tempore intrantes, nunc invicem sese excipientes. Ha raro etiam fit, ut aegroti siti non explenda et anx tate emortuali crucientur. Maculae caeruleae in va regionibus corporis prorumpunt; spasmi dolorifici, clonici, seu tonici, praesertim in extremitatibus in rioribus; cutis digitorum et manuum et pedum cor gatur eadem ratione, qua apud mulieres lintea lavan invenitur; ungues subnigrae; vox rauca s. d. chole ca, dysecoia; lingua pallida algescit et tremit; urin excretio plane suppressa; pulsus arteriae radia vix amplius tangendi.

Ex hoc stadio triplex morbi exitus evadere p test, vel mors, vel convalescentia integra vel deniq morbi secundarii.

A. Mors.

Quam certo exspectare debemus, si haec symp mata insequuntur. Excretiones alvinae et vomi riae silent; deglutitio impedita; cibi et potus in o sophagum descendentes peculiarem clangorem, ac in puteum delabantur, offerunt; sudor frigidus, co quativus; convulsiones subito cessant, et spasmus nicus, plerumque opisthotonus totum corpus occu ita ut aegrotus, in somnolentia, vel in sopore i versatus, veram asphyctici imaginem prae se fer Externorum sensuum functio, praecipue audit plane exstincta est, salvo tamen sensorio, ita ut nonnullis casibus aegrotum cum circumstantibus c loquentem viderem.

B. Convalescentia.

Medicus, primo stadio vel saltem secundi ini

ssitus, remediis idoneis quam velocissime adhi- progressum mali inhibere et plerumque sanita- restituere potest. Quam successuram haec sym- iata nos docent:

Calor sensim sensimque redit et cutis adhuc sicca spera sudore universali calido obtegitur, post n magnum levamen aegrotus sentit; spasmi se- ur; oculi hilariorem aspectum praebent; vomi- cessat; excretio alvina initio adhuc aquosa sub- im colorem et consistentiam stercoream naucis- ; somnus quietus et recreans per plures horas ns intrat; vox clarior fit; aegrotus laudat condi- em suam, imo, quod prius facere non potuit, stias adhuc exstantes ipse accusat. Denique avis serius, tamen tutissimum convalescentiae im larga urinae aquosae et limpidae excretio it.

Convalescentiam eo citius exspectare licet, quo or decursus stadiorum praecedentium erat. Quae si majore cum vehementia aegrotum aggressa convalescentiae stadium non statim efficitur, quum magna praecipue systematis abdominalis litas relinquatur, morborum secundariorum com- ndorum facillime ansam praebent, ita ut con- scentia, nisi his aegrotus consumatur, nonnun- n per plures hebdomades vel menses protrahatur. Sed maximi momenti est, morbos secundarios ratius respicere, quum in his perpendendis a is medicis peccatum sit. Hi vero vel acutam vel nicam indolem prae se ferunt:

a) Morbi acuti.

Periculosissimis Cholerae signis sublatis, bre convalescentiae tanquam fallacis status incedit. P sus adhuc suppressi, celeriores et pleniores tang tur; calor corporis sensim sensimque supra mod augetur, facies rubet et oculi splendent, congestio ad caput, organa respirationis et abdominis oriunt unde, statu gastrico jam prius praevalente, syno gastrica originem ducit. Accedunt affectiones lo les, praesertim encephalitis, vel pueumonia vel en ritis. Quae vero, propter nervosi systematis deb tatem non diu sthenicum characterem induentes mox in typhum irritativum, vel denique stupid abeuntes, semper aegrotum interimunt. Nonn quam febris intermittens Choleram excipit, prim larvata, mox vero manifestum typum observans. hac, nisi convalescat aegrotus, proficiscuntur.

b) Morbi chronici, maxime ad viscera abdor nalia pertinentes, e. g. degenerationes et indurat nes hepatis vel lienis, icterus, ascites, diarrh chronica. Rarius chronicae cerebri affectiones e. hebetudo sensuum, vel pulmonum morbi anim vertuntur.

A e t i o l o g i a.

Sicut in aliis morbis, etiam in hac causae v praedisponentes, vel occasionales distinguendae su

I. Causae praedisponentes.

Primas hic partes agit status gastricus, appet ciborum deficiente, lingua obtecta, praecordior oppressione, nausea, vomituritione vel vomitu ip

ıinibus,praesertim diarrhoea, insignis,quorum signo-
unum vel alterum, priusquam Cholera ingruat, vix
leratur. Deinde omnes morbi, qui, per diutur-
temporis spatium durantes, vim debilitantem in
ra abdominis exserunt, e. g. febres intermitten-
protractae et inde oriens laesa organorum abdo-
ılium functio, arthritis chronica, scrophulae etc.
haud raro indurationes et obstructiones hepa-
ienisque efficiunt. Itaque habitus s. d. abdomi-
, qualem apud homines vitam miserrimam se-
ariam agentes, hypochondriacos et potatores in-
mus, ad Choleram valde inclinat.

III. In causarum occasionalium numerum exci-
dae sunt omnes res externae, quae, vel organa
minalia male afficientes, statum illum gastricum
ant, vel diaphoresin turbant et plane reprimunt,
n universum infringentem in totum nervorum
ma effectum provocant, uti nimia ventriculi re-
o; crudorum ciborum, potuum spirituosorum et
diorum purgantium abusus; refrigerium; con-
tio anni humida, nebulosa, pluvia, ventosa; hinc
s serotina et autumni initium, quae quovis anno
bus intermittentibus quartanis, diarrhoeae, dy-
riae et Cholerae sporadicae favere solent; loca
is paludibusve adsita; animi affectus deprimen-
e. g. curae, metus, anxietas, aegritudo; vigiliae,
odicus Veneris usus, onania.

Sed jam veniamus ad rem spinosissimam, quae
corum animos nostris diebus summopere occu-
ad quaestionem illam nunc tritissimam, utrum
emia cholerica contagio, an miasmate propagetur.

De qua re tam vehementer in utramque partem d putatum est, ut tres inde prodierint medicorum p tes, quarum una per contactum solum dissemin altera tantum per aërem diffundi, tertia deni utraque simul ratione propagari Choleram stat quae sententia ad meas quoque observationes opti quadrat. Quamquam enim, me ad auxilium fer dum advocato, morbus fastigium suum jam assecu erat, tamen explorationes posthac quam accura simo institutae me edocuerunt, contagium oriu hujus mali nullo modo ansam praebuisse, sed po jam ante aliquod tempus ex atmosphaerica const tione morbos inprimis gastricae indolis procrea esse, qui sensim sensimque in sporadicam, deni in epidemicam Choleram transierint. Neque v minoris momenti in propagando miasmate Choler quam aërem, aquam esse existimo, quippe qu praecipue loca aquae finitima correpta esse, a vero, etsi illis proximis, aqua tamen carentibus p citum esse observarim. Simulac vero tali modo C lera aliquem locum occupaverat, tunc plurimis casibus mihi contigit, ut cognoscerem, quantam v in ulteriore decursu contagium exercuerit. Hoc tem contagium ab aliis ejusmodi eo inprimis diff ut non in unumquemque, sed in eos tantum tra feratur, qui aut interna aliqua causa ad Choler jam inclinaverint, aut externa talem sibi disposi nem acquisiverint, ita ut ne semel quidem homin optima valetudine gavisum, contagio infectum vider

Quae ut nonnullis argumentis confirmem, hae quatuor exempla notatu dignissima afferam.

Observatio prima.

Iam primis post adventum meum horis ad mu-
m, vitam in summa egestate degentem, arcessitus
quae manifestissima signa Cholerae, ad fasti-
secundi stadii progressae, offerebat. Sympto-
ous urgentibus sublatis quum media nocte ae-
reliquissem, maritus puerulos duos, per plures
dies diarrhoea laborantes, in matris lecto collo-
; tertio vero infanti optime valenti ipsa mater
mas sugendas porrexit. Haud multo tempore
erlapso, quum iterum aegrotam visitarem, tristis-
spectaculo obstupefactus sum. Nam per pau-
oras, dum aberam, tam rapida Cholera liberos
matri appositos corripuerat, ut in stadio asphy-
exquisitissimo versantes et mox moribundos eos
irem, quum sugens infans neque tum, neque
uente tempore ullam ex hoc vicinio noxam ac-
set.

Observatio secunda.

Duo aegrotorum custodes, qui mihi in munere
exercendo die noctuque assidue succurrebant,
severam vitae rationem sequerentur, incolumes
orbo evaserunt. Quum vero malum vehemen-
gravesceret et progrederetur, duos adhuc custo-
lis adjungendos curavi, qui, miserrime vestiti
poris cultum plane negligentes, simulac munere
ngi inceperant, morbo interimebantur.

Observatio tertia.

Mater quaedam, quae per plures dies noctes vigilans lecto infantis aegrotantis sibi carissimi sidebat, gravissima ejus conditione tanta aegritud afflicta est, ut ipsa in Choleram incideret, quum fans in convalescentiam abiret. Pater vero, soluti et quietiore animo, et domestico malo parum affec quamquam in eodem cubiculo commoratus erat, in gram tamen valetudinem servavit.

Observatio quarta.

Vidua quaedam, unius filii mater, quae om consilia, ab immodica vivendi ratione, in qua ad perseveraverat, abstinendi illuserat et statum gas cum, in quo per plures jam dies versata erat, pl omiserat, subito, prodromis fere nullis antecede bus, in Choleram tam malignae indolis delapsa ut postridie ei succumberet. Pater ejus, sexag mum nonum annum agens, pastor, sub vespera pascua revertens in cubiculum aegrotae, filiae c tate adductus, vigilias ſubiit. Per noctem, magna tis copia assumta, multis pomis vescebatur. Exi tormina et diarrhoea intraverunt, quibus post diam noctem ipse nepotis lectulum petere cog tur. Postridie advocatus senem Cholera labor tem inveni, puer vero adjacens, in quem antea n vis nociva egerat, a morbo liber mansit.

De causa proxima, quam alii in sanguinis pe liari alienatione, alii in medullae spinalis erel affectione, alii in plexus solaris aut nervi vagi pe

conditione ponunt, verba facere nolim, quum dolor, quo minus sectiones defunctorum insti-
m, plane impedirer et vel innumeras hypothe-
e hac re allatas recoquere, vel novam iis adjun-
non juvet.

Prognosis.

Cautissime tantum in prognosi ponenda medico
llum est, quum experientia me docuerit, et in
ra initio leniter incedente tristem exitum secu-
esse, et gravioribus symptomatibus non raro pro-
m eventum successisse. In universum igitur
uae supra in recensendis symptomatibus monui
maxima ex parte ad prognosin quoque refe-
sunt. Stadium prodromorum semper fere faus-
m prognosin permittit. Quam sperare licet, si
a radialis adhuc pulsat, calor nondum evanuit,
ue si diarrhoea et vomitus majoribus intervallis
arent. Secundo stadio mala tantum prognosis
nda est, tum demum in meliorem commutanda,
dici auxilium effecit, ut signa modo commemo-
oculis nostris sese praebeant. Quo major aegroti
etudo, quo difficilior et impeditior est respira-
o periculosior conditio habenda est. Periculum
ur, si sopor cum stertore conjunctus adest. —
s permagnum extremitatum, faciei et linguae per
n semper letiferum est; infaustissimus vero exi-
mendus est, si frigus, postquam calor antea re-
, denuo intrat, cui plerumque ceterorum sym-
tum incrementum se associat. Sudores frigidi,
i, aquosi, partiales pessimi ominis sunt; non

minus convulsiones et tetanus. Neque post Cho-
ram superatam aegrotus periculi expers judicar
est, quum morbi secundarii et praecipue affectio
cephalicae, repente incedentes, saepe laetissin
spem irritam reddant mortemque afferant. Praet
non minor causarum vel praedisponentium, vel o
sionalium ratio habenda est. Quare homines,
ob nervorum systema morbis praegressis vel ali
causa debilitatum ad Choleram magis inclinant, m
vehementius eam perpeti eoque certius ei succ
bere videmus.

Ex his modo allatis sat manifeste elucet, in
diro morbo, qui ubique fere artem medicam sup
vit, tamen existere stadium, in quo minime
sperandum sit medico. Ac sane multo laetiorem
cessum undique comperiremur, nisi homines, in
mis inferiore loco nati, temeritate adducti, negle
prodromis, medici auxilium usque ad illud stad
procrastinarent, quo aegrotum non amplius cur
sed potius e morte eum resuscitare medicus videre
Quod et ego quidem provinciam meam adiens,
novi. Namque in pago illo Nieder-Finow, ante
ventum meum medico plane carente, quum ex in
lis octingentis per decem dies triginta septem co
Cholera defuncti essent, mox curam meam in eo
sui, ut quam citissime jam in ipsis prodromis a
lium ferretur; quo factum est, ut per proximas
hebdomades ne unus quidem periret.

Therapia.

Quum in hoc morbo naturae medicatricis n
vix ullum vestigium adsit, nostrae soli arti confid

-sso est. Attamen longe recedendum est a via, n medici in Cholera curanda usque ad recentiora pora secuti sunt. Qui enim rationem, qua uti icum omni tempore decet, temerae empiriae post-ntes et in causam proximam mali accuratius in-ere omnino negligentes, specifica tantum remedia c dicta praeservativa venati sunt et tanta reme-um cum mechanicorum, tum pharmaceuticorum materiam medicam locupletaverunt, ut nullus ejus adsit classis, quae non ejusmodi medicami-exemplar exhibeat. Ex quo demum Cholera in ssiam irrupit, naturae ejus diligentius investigan-et aptiori ei medendi methodo inveniendae ope-dederunt medici. Rati enim, in malo tam va-formas induente non semper unum idemque in vocari posse remedium, curandi rationi, et cui-stadio, et singulis formis aptissimae studuerunt. e sententias secutus, nunc breviter partem the-uticam hujus libelli adumbraturus sum.

Curam prophylacticam non plane rejiciam. Quam neque guttis illis famosissimis, neque ullo me-nento contineri mihi persuasum est, sed in eo m quaerendam esse duco, ut omnia evitentur, Cholerae oriendae faveant. Hinc rusticos ad-endos curavi, ut in cibis sumendis certum modum rvarent, corpus colerent et ab omni refrigerio ntur, denique, omni timore seposito, aequam sibi em servarent. Si qui locupletiores nihilominus iam panaceam prophylacticam a me petebant, orrexi.

℞. Chinin. sulphur. ℈j.
Elix. acid. Haller. ʒß.
Aquae Cinnam. v. ℥j.
M. D. S.

Vini Malacensis mensurae uni adjungendum per diem quater cochlear majus sumendum.

In primo stadio causarum occasionalium ae ac symptomatum graviorum ratio habenda est, fini remedia externa et interna inserviunt. Quod externa medicamenta pertinet, calorem inprimis cum summo cum fructu adhibui, qui facillime n nullis lateribus calefactis, vel urceis aqua fervida pletis, vel denique saccis, arena fervida refertis ad latera aegroti appositis, efficitur. Saepenum etiam calore ejusmodi ad regionem vesicae urinar admoto factum est, ut lotii secretio adhuc, difficil vel omnino suppressa, melius procederet. Baln calidis, hoc in stadio plus, quam in sequente, co modi praebentibus, hac solum conditione usus su si affinibus seu custodibus aegroti satis confidend erat, ne aegrotum refrigerio exponerent, quod se per mortem insequi vidi. Itaque apud rudes et p perrimos homines ea potius evitare necesse est. A gor circa pectus tum frequentissimus application emplastrorum irritantium, praesertim sinapismorum scrobiculum cordis postulavit. Quibus si non ces rit, venaesectio larga manu facta subito anxietat levavit et sanguinis circulatione restituta, calorem totum corpus reduxit. — Ut surarum spasmos tu

lum incipientes, lenirem, hanc mixturam infri-
um elegi:

℞. Spir. vini camphor.
Acet. vini aa ℥jv.
Pulv. sem. sinap. ℥j.
Semin. pip. contus.
Tinct. caps. annui aa ℥ß.
M. D. S.
calefact. in suras infricandum.

emediorum internorum principatum tenere mihi
tur emetica, quae quatuor simul indicationibus
iciunt. Primum enim sordes primarum viarum
ant, tum bilis secretionem in Cholera imminu-
el plane cessantem promovent, deinde cutis
ionem provocant, denique ut alterans remedium
um nervorum systema agunt. Plerisque in ca-
sufficit, ut naturae conamina, nausea et vomi-
ne insignia, adjuvemus, ita ut, etsi vomitus,
rus tantum, consequatur, emeticis porrectis
eum studeamus. Quem ad finem pulv. rad.
. ℈j. usus sum; interdum, quum ob causam
am etiam diarrhoeam elicere studerem, Tart.
gr. j. addidi. Saepenumero vomitu quidem
nausea tamen diutius persistente, saturationem
cui, si diarrhoea aegrotum valde debilitans
, Tinct. Theb. et Liq. Ammon. succin. hac in
la adjunxi

℞. Satur. Kali carbon. ℥jv. (ex ʒji. par.)
Aq. menth. piper. ℥ji.
Tinct. theb. gtt. xx.
Liq. Ammon. succin. ʒj.
Sacch. alb. ℥ß.
M. D. S.

Denique, ut sitim aegroti explerem simul transpirationem cutaneam augerem, alternatim c medicaminibus infusum theiforme ex Flor. Samb Herb. Menth. piper et Herb. Melissae paratum hiberi jussi.

Non tam laetum curationis successum secund stadium mihi obtulit. Sed hic quoque, si arterias quantulum pulsantes senserim, venam secui; quo, non, ut in primo stadio, statim sanitas restituere tamen morbi symptomata mitiora reddita sunt.

Plerumque vero pulsus plane suppressus a naesectione abstinendum esse indicavit, quum, p culo aliquoties facto, non sanguis, sed massa co lata picea guttatim difficili negotio proflueret. Ne sine omni emolumento tum emetica in usum vo praesertim si, causa gastrica praegressa, vomitus nondum intraverat, vel majoribus tantum interv apparebat. Symptomatibus vero ad talem vehem tiae altitudinem provectis, ut atonicus fere st existeret, in hoc inprimis animum intendi, ut a nem vitalem, ad minimum jam gradum delap quam citissime excitarem. Quem in finem in u vocavi praeparata Ammoniacalia, e. g. Liq. Amm succin., carbon. et caust., quae semel tantum u

nimis provectum frangere valebant. Neque balnllum effectum praebuerunt, imo his mortem eratam esse vidi, ita ut aegrotus moribundus in m transferretur.

Morbi secundarii, qui non parva incommoda ae- facessunt, etsi neglecti semper in malam parabeant, primis vestigiis eorum cognitis, tolli nt. Itaque, Cholera ipsa superata, nondum pei expertem aegrotum judicavi. Qui mihi obvent morbi secundarii, affectiones cerebrales praelerunt; semel pneumoniam insequi observavi. symptomata haecce designaverunt:

Aegrotus adhuc tranquillus subito anxietatem et iietudinem sentit, pulsus fit frequens, inaequalis, s; calor crescit, facies rubet, oculi splendent; ius vel plane deest, vel deliriis turbatus est, sensim sensimque etiam vigilantem aegrotum oant et in maniam furibundam nonnunquam eunt; sensibilitas tam aucta, ut quovis irritao vehemens reactio provocetur et erethismi staefficiatur. Hinc deuteropathicae spasticae afones oriuntur.

Quas mutationes conditionis aegroti simulac coeram, in venaesectione larga instituenda non tandum esse putavi, qua ut ulteriorem morbi deim inhiberem, plurimum mihi contigit. Pluries orii quidem turbationes evanuerunt, sed restitit icula cum Gastricismi signis. Quam emetico por- ex Ipecacuanha, cui, si nervosus status respidus erat, aliquid Moschi addidi, felicissimo eventu vi.

℞. Pulv. Rad. Ipecac. ʒß.
Moschi orient. gr. jß.
M. f. pulv. divid. in tres part. aequal.
D. S.

Omni quadrante horae pulvis unus sumeno
donec vomitus bis insecutus sit.

Semel post venaesectionem congestiones im
nutas, sed nervosum statum auctum observavi, qu
usu Camphorae, cum Arnica conjunctae, sustuli.

Priusquam his pagellis finem imponamus, mo
historiam quandam addere haud alienum puto, qui
quae argumenta aliqua supra expositorum contin

Die XII. Octobris a. p. ad militem excubias pr
N. agentem vocatus sum. Adveniens eum in ter
rio stationario prostratum, extremitatibus inferiori
abdomini attractis, ob spasmos dolorificos suran
valde clamantem; oculis in orbitam retractis, fa
pallida, sudore viscido obtecta; vomitu et diarrh
initio majoribus, nunc minoribus intervallis labor
tem inveni. Totum corpus maculis caeruleis ob
tum erat. Vox rauca, respiratio impedita. Aegro
ex longo tempore valetudinarius, hunc morbum re
gerio sibi adscivit, quum per plures hebdomades,
siduis imbribus humidisque ventis insignes, contin
fere stationem haberet. Quum igitur sub divo au
lium aegroto ferri non posset, primum in cubicul
quodquam eum transportandum curavi. Sed diffi
lime tantum effici potuit, ut ab aliquo in dom
reciperetur, quod quisque contagii metu adduct
eum abhorreret, donec, Choleram dissimulans, po

i totum fere pagum percurreram, familiam op- valetudine gavisam commoverem, ut curam ejus peret. Ibi in lecto calefacto collocatus, exter- calorem siccum adhibui, quumque alia medica- a non praesto essent, sinapismum ad pectus cari et infusum ex floribus Samb. et Chamom. orrigi jussi. Quo vero sumto vomitus auctus est. lo post emetico eum adjuvare aptum mihi vide- , quum pluries jam illius saluberrimum effectum ctus essem. Quo assumto, vomitus quater inse- est, tum cessavit. Pulsus nondum tangi po- sed raucedo diminuta est

l. XIII. Aegrotum hilariorem inveni; vomitus ioctem siluerat, et spasmi evanuerant: pulsus re incipiunt; aliquantulum sudat aeger; sed nam debilitatem, capitis gravitatem, sitim inex- lem et artuum lassitudinem accusat, quae omnia dubio diarrhoea adhuc perseverante effecta sunt. i ut sisterem, praescripsi

℞. Pulv. rad- Ipecac.
Opii puri aa grj.
Extr. nuc. vom. gr jii.
Sacch. alb. ʒji.
M. f. pulv. Div. in vj. part. acq.
D. S.
Omni bihorio pulvis unus sumendus.

ro potu ordinario Decoct. sem. Lini paratum — Urinae excretio nondum procedit.

). XIV. Aegrotus conditionem suam laudat, diar-

rhoea imminuta est. Per noctem quietius dor-
vit; neque hodie lotium emittitur; dolores urente
regione vesicae urinariae adsunt. Neque conges-
num, neque gastricae affectionis ullum vestigium
servatur; cutis mollis et humida. Cujus functi
ut succurrerem et simul Diarrhoeam exstantem s
primerem adhibui

Tinct. Amygd. dulc. excort. ℨji.
Mucill. Gummi arab. ℨß.
Camphor. trit. gr. xji.
f. c. Aq. comm. s. q.
l. a. emuls. ℥vji.
add.
℞. Opii simpl. gtt. x.
Sacch. alb. ℥ß.
M. D. S.
Omni bihorio cochlear majus.

Laterem calefactum ad regionem vesicae uri-
riae applicari jussi.

D. XV. Optime aegrotus agit, Magna lotii co
pallidi excreta est et dolores urentes vesicae ce-
verunt. Alvum ex hesterno die foeculentam bis m
deposuit; bene dormivit. Medicamenta seposui.

D. XVI. Status hesternus plane mutatus est. A
grotus, media nocte lectum relinquens, refrigeri
sibi consciverat. Paullo post magnum frigus per
pit, quod calor siccus secutus est, cum horrore al

. Quodque altius inspirandi tentamentum dolor
ens, fixus in sinistra pectoris parte, conjunctus
tussi vehemente sequitur. Pulsus frequens, ple-
durus. Situs in latere dolorifico levamen affert
to. Quae omnia quum manifestam pneumoniam
erent, cunctandum mihi non fuit, quin largissi-
venaesectionem instituerem et interna remedia
hlogistica adhiberem.

D. XVII. Post venaesectionem pectoris oppressio
evanuit. Omnes functiones rite procedunt, et
tus, excepta aliqua debilitate, nullam querelam
rt, ita ut eum, per hebdomadem observatum,
rantibus tantum remediis adhibitis, sanatum di
rem. Memoratu dignum mihi videtur, neque
neque posteriore tempore ullum ex illa familia
tavisse.

V I T A.

Ego, Julius Zehdniker, d. XXI. M. Ju
anni MDCCCVI., Czarnicoviae, oppido Posnanien
parentibus optimis, mihi proh dolor primis aeta
meae annis jam ereptis natus veterique fidei a
dictus sum. Quum in patria urbe nulla mihi da
esset occasio aliquid discendi, consilium fratris d
lectissimi secutus, anno MDCCCXVIII Vratislavia
me contuli, ubi literarum rudimentis imbutum Gym
nasium Elisabethanum me recepit atque, septem an
nis interjectis, maturitatis testimonio instructum d
misit. Tum d. V. Maji anni MDCCCXXVII a
Ill. Schulz, t. t. fascias academicas tenente civibu
universitatis Viadrinae adscriptus sum. Ill. Wend
ejusdem anni ordinis medicorum Decanus maxim

abilis in numerum studiosorum artis salutaris recepit. Sequentibus praelectionibus per quanium me interfuisse glorior.

Ill. Trevirani, de Botanice plantarumque Phygia, nec non eum ducem habui in excursioniotanicis,

Ill. Gravenhorst de Zoologia,

Ill. Ottonis de Osteologia, de Anatomia et ma et comparata, tum normali tum pathologie foetu. Idem vir Ill. ad cadavera dissecanda istituit,

Ill. Branis de Logica et Psychologia,

Ill. Fischer de Chemia experimentali et pharutica, de reagentibus,

Ill. Frankenheim de Physica experimentali,

Ill. Purkinje de Physiologia humana,

Ill. Glocker de Oryctognosia universali et spe-

Ill. Goeppert de Toxicologia,

Cel. Hemprich de temperamentis et animali etismo,

Ill. Klose de encyclopaedia medica, de F
mulari, de Pathologia generali, de morbis chron
Ill. Wendt de Materia medica, Therapia, T
xicologia,
Ill. Remer patris de Therapia quum univ
sali tum speciali,
Ill. Benedict de Fasciis atque instrumentis,
Chirurgia et Akiurgia, de Ophthalmiatrice,
Ill. Seerig de Akiurgia,
Ill. Betschler de arte obstetricia,
Cel. Remer filii de Syphilitide et de aud
morbis.
Clinicis denique usus sum ducibus atque auc
ribus illustrissimis Remer, et patre et filio, Be
dict, Betschler, Burchard, Reymann.
Quadriennio absoluto anno MCCCCXXXI B
rolinum me contuli, ubi ab Ill. Boeckh t. t. R
ctore magnifico civibus academicis adscriptus et
Ill. F. Hufeland, t. t. Decano maxime specta
gratiosi ordinis medici in studiosorum medici
numerum receptus sum. Ubi usus sum praecep

illustrissimis de Graefe, Rust, Busch et
lff.

Quibus omnibus Viris Nobilissimis, Illustrissimis
xperientissimis, praeceptoribus meis summa pie-
usque ad mortem venerandis, maximas, quas
m, feram gratias. Nunquam praeceptorum opti-
m memoria ex discipuli animo discedet.

Iam vero tentaminibus philosophico et medico,
ue examine rigoroso coram gratioso medico-
ordine absolutis, spero, fore ut dissertatione
usque palam defensis, summi in medicina et
gia honores in me conferantur.

THESES DEFENDENDAE

I.

Pulsus ad cognoscendos morbos minus certum est, quam haberi solet.

II.

Aqua remedii universalis laudem n

III.

Febris hectica amputationem non

IV.

Rhachitis ac morbus scrophulos idem morbus est.